



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iani Gvlielmi Verisimilivm Libri Tres

Gulielmus, Janus

Antverpiae, M. D. LXXXII.

Cap. X. Eiusdem Lucillij versus cum Terentij & Virgilij compositi: tum adducta in medium & emendata insignis sententia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70877](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70877)

*Vt ego effugiam, quod ego te imprimis cupere apiso
tellego.*

octonarij tres sunt, quos ita olim cohesisse non dubite, nisi quod ante versum secundum quid videtur deesse: expressi autem sunt à Terentio Andria per ad verbum.

— *sed si id non potest,*

Aut tibi nuptia haec sunt cordi. Et mox:

Nuptias ego istas effuges malo, quam tu adipiscer.

CH. *Reddidisti animum. P. A. nunc si quid potes aut tu, aut tu Byrrhia,*

F. te fugue, inuenite, efficite, qui detur tibi:

Ego idagam, mihi qui ne detur.

CAPVT X.

Eiusdem Lucillij versus cum Terentij & Virgilij comparatum adducta in medium & emendata insignis sententia

SI TE dolo dicam, valde gaudeo, cum in imitationes incido optimorum auctorum expressas de scriptis vetustiorum siue oratorum siue poetarum. Vnde dicare enim mihi videor antiquitatis Romanae studiosos, à calumnia certorum hominum, qui in ipsis semisepultis ruderibus, si quid ex usu sit, conturbant, sublegunt. Quare si qui Latinam linguam contemnunt, nari putant, ne illi eodem maledicto Terentium, Virgilium, è ceteris optimum quemque circumscriptos quos hi nostri auctores habent. Certè respexerint, quos posui à Lucillij versus quos subiciam, si viderint: geminos quidem sibi invicem esse non negabunt. Lucillius apud Nonium in Genio:

*Curet egrotum, summi homini praebeat, genium
Defrudet, alij parcat.*

Ant. M.
Varia Le.
LIB.
25

Terentius, Phormione:

*Quod ille vnciatim vix de demenso suo
suum defrudans genium comparat miser,
Id ille vniuersum abripiet.*

Lucillius x x v i i. Nonius, Mordicus

Mordicus petere aurum ex flama, expediat è cæno cibum.

Terentius Eunucho.

È flama petere te cibum posse arbitror.

Lucillius x x v i i. Nonius Proprium.

Cum sciam nihil in vita proprium mortali datum esse.

Terentius, Andria.

Nihil ne esse proprium cuiquam?

Lucillius x x v i i. Nonius, Pernix.

Fumus pernice, aeternum id nobis sperantes fore.

Virgilius, Æneide.

— Fumus Troes, fuit Ilium, & ingens

Gloria Dardandùm.

sed hæc leuiora: adiciam locum ex eodem Nonio in

Dare, quem mendosè legi arbitror:

*Lucillius lib. x x v i. Animosæ egrotat vidimus corpore
hunc signum dare.*

Sabo, Animo qui egrotat, videmus. Philosophica sen-

sentia est, animi turbati indicium facere habitum cor-

poris; contra, corpus doloribus confectum animo

regere. Vtroque enim animo & corpore hominem,

quod est esse, & viuere. Hæc adiecisse Lucillum

in duobus præterea fragmentis collego: quæ in septe-

ntarios recollecta cum hoc non pessimè composui:

Animo qui egrotat, videmus corpore hunc signum dare;

Tum doloribus confectum corpus, animo obsistere.

Principio physici omnes constare hominem ex animo

& corpore Dicunt.